27 *Vtilis* [i] *etiam eſt probatio meritorum ipſius rei in Principem, vel rempub. nam quandoque remittitur pæna ei, qui multum ſeruiuit Principi, vt dicit gloſ. in §. plane, in verbo, ob meritum, Inſtitut. de iure natur. gent. & ciui. quæ in hoc ab omnibus approbatur, vt ait Grammat. conſil. 29. poſt numer. 40. verſic. Quæro maximè.*

28 *Sunt etiam aliæ cauſæ, propter quas pæna remitti, aut minui ſolet, quarum multas copioſe, & eleganter recenſet Tiraq. in ſuo tratatu de penis. Et poteſt poni exemplum, ſi appareat, quod delictum ſine dolo* [k] *commiſſum fuerit: nam eo caſu non poteſt reus corporaliter puniri, vt dixi infra q. 84. circa princ. Item quando delictum eſt cõmiſſum extra propoſitum, & intentionem ipſius delinquentis; nam & eo caſu poteſt iudex pænã minuere, ſecundum Bartol. in l. quid ergo. §. pæna grauior, poſt numer. 11. ff. de ijs qui notan. infam. Et ita dicunt omnes ſcribentes, vt atteſtatur Cępolla in d. conſ. 34. col. fin. verſic. Et poſtremo.*

29 *Solet* [l] *etiam dici, quod ſi pater filium de aliquo delicto imputatum in iudicio* [m] *præſentauerit, non poteſt filius ex eo delicto ad mortem condemnari; & videtur eſſe tex. in l. milites. §. deſertorem. ff. de re milit. & dicunt Salyc. & Pau. de Caſt. quòd ita conſuluerunt & fuit obtentum, quos refert Aug. ad Ang. de maleſ. in verbo, Et ad querelam, poſt nu. 38. Dicit enim Cæpolla cau. 1. quòd ita obſeruauit imperator in quodam filio imputato de crimine læſæ Maieſt. Sed certe credo, quòd difficile eſſet hoc obtinere in practica, cum iudices hanc cautelam non attendant vt atteſtatur Pract. Carrer. fol. 559. numer. 72. Et ideo nunquam vidi illam in practica proponi.*

30 *Allegatur* [o] *etiam plerumque, quòd propter multitudinem reorum non eſt maleficiũ ſeuerè puniendum. Hinc eſt,* [p] *quod in vniuerſitatem non fertur ſententia excommunicationis: & ita tenet, & ſeruat curia, vt ait* [q] *Card. Alexand. in cap. epiſcopus, qui, circa fin. quæſt. 2. In hoc autem articulo aliqui* [r] *diſtinguunt, quòd aut ſæuiendo in multitudinem delinquentium ſcandalum generaretur: & tunc indulgendum eſt, vel ſaltem mitius agendum cum multitudine, ne multorum ſtrages contingat: Aut verò ſcandalum futurum non eſt, & non parcitur multitudini. Ita dicit gloſſ. in capitulo latrones, in verbo, Multitudinem, de cleric. excommun. quam dicit eſſe communiter approbatam Igneus in l. 1. §. hoc reſcriptum numero decimotertio, ad Syl le. Tu vero dic; quod vbi multorum ſtrages contingeret neceſſario ſeueritati eſt detrahendum, vt eſt text. in l. penult. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Et ideo licet regulariter auxiliatores, & fauentes delinquenti ſint eadem pęna puniendi, vt dixi infra quæſtione nonageſima, ſi tamen ſit multitudo auxiliantium, non puniuntur eadem pæna, & ita videmus quotidie obſeruari. Et dicit Angel. in leg. is qui opem, numero quarto, ff. de furtis, quòd Princ-*

tentijs Senatus, & Senatorum, qui delegati dicuntur quoad cauſas ſibi commiſſas d. lib. 1. q. 67. nume. 26. Plot. in l. ſi quando, §. 1. numer. 31. & §. 4. numer. 42. C. unde ui. infr. q. 78. verſic. Quero ſi bona, Idem Menoch. vbi ſupra lib. 2. centur. 1. caſ. 68. numer. 30. 31. & 32. & eod. lib. 2. caſ. 92. numer. 13. ac alibi ſæpè. *Drogh.*

i *Vtilis eſt etiam probatio.*] Adde, quod pęna remittitur, aut certè minuitur propter delinquentis, aut etiam maiorum, & proximiorũ ipſius merita, beneficiaq; in Remp. collocata, Tiraquell. de pęn. cap. 49. numer. 1. 13. & 47. vbi nume. 2. declarat, quomodo ſunt accipiendæ leges, quæ decernunt delinquentes afficiẽdos pęna, non præmijs.

Adde, quòd hoc non procederet ſi grauiſſimũ crimen in Rempublicam commiſiſſet, ſecundum Plaz. epitom. delict. libro quinto, capitul. 33. ſub numer. 3.

Item adde, ſi quis maximum beneficium Reipublicæ feciſſet, furtum committendo, non propterea deberet excuſari à pęna furti, ſecundũ Petr. Anchar. in cap. 1. de coſt. vbi dicit, quòd ſi ingreſſus domum alicuius ſcrinium ſurripuiſſet, in quo erant litteræ proditionis Ciuitatis, & hoc patefacto pęnam non euitaret, cum intentionem habuerit furandi, vnde fortuna quę felix Reipublicę fuit non conſideratur, ſed ſolus animus: refert & ſequitur Guglielm. de Bened. in repet. capit. Raynutius in q. an liceat accipere num. 39. ſed forſan mitius eſſet puniendus, ex quo litteras proditionis Reipublicæ reuelaſſet. In maleficijs attendi animum, & non euentũ rei tenuit Tiraq. de pęn. c. 52. nume. 7 8. 9. cum ſeq. quamnis in prin. illus cauſæ cenſuerit pænam minorandam. *Baiard.*

K *Commiſſum fuerit.*] Farinac. dict. 4. uolumin. quæſt. 87. inſpect. 1. numero primo, 6. 7. & 8. 12. *Roſ.*

l *Solet etiam.*] Adde, quòd tex. in alleg. l. deſertorem non uidetur probare hoc, pro quo allegatur; Ait enim text. Ne uideatur pater ad ſupplicium filium duxiſſe; per quæ uerba talis ſenſus nullibi congruit; pro quo vide Crauet. Conſ. 309. ſub num. 3. *Drogh.*

100 *Solet etiam dici.*] Adde † de hoc uidendum Tiraquell. de pæn. temper. cauſ. 18. ubi plenè, & in cauſa ſeq. tenet idem de parte, quòd ſi à filio puniendus offeratur, mitius ſit agendum, uide etiam Menoch. de arbitrar. iudicum, caſu. 347. Et filius, ſi patrem accuſet, & plectendum obtrudat, mitius cum eo agendum eſt; Tiraquel. ubi ſupra cauſ. 20. numer. 1. *Baiard.*

m *Præſentauerit.*] Adde, & uide per Iacob. Menoch. de arb. iud. libr. 2. centur. 4. cap. 347. vbi etiam è contra cum patrem filius præſentauit. *Giach.*

n *Poſt num. 38.*] Far. d. 4. vol. 18. cauſa, numer. 164. & 122. *Roſ.*

o *Allegatur etiã ple-*
101 *rumque.*] Adde, quod cum multitudine delinquentium magis cedendo, quàm iubendo; magis monendo, quàm minitando, agendum eſt; & Egiſippus de Bell. Iudai. lib. 5. dicit, quod animaduerſio in ſingulos vſque ad factum procedere debeat, in multitudinem verbotenus: illa vſq; ad pęnam, iſta vſque ad correptionẽ, & hæc fuerunt verba Titij Imperatoris in obſidione Hieruſalem. Luc. de penn. in l. ſiue ex prætoriano, de exact. & execut. libr. 12.
102 vbi dicit † etiam, quod vniuerſitates delinquẽtes puniantur: uide etiam Tiraq. de pęn. temper. cau. 47. vbi plene, & quo caſu multitudini non ſit parcendum, ubi ponit ſeptẽ intelligentias ad illam regulam.

103 Item adde, † quòd multitudo in hoc caſu nõ verificatur, niſi ultra quadraginta, & quòd pęna ordinaria principaliorib. eſt infligenda, alijs vero mitiganda. Socin. in cap. latrones nume. 4. de cler. excommun. tamẽ ibi numer. 12. dicit, quòd multitudo debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam, & ideo credo, quod in tali caſu nõ poſſit dari determinatus numerus, ſed quòd remittatur arbitrio iudicis ſecundum qualitatem populi, ſi eſt Ciuitas, uel populus magnus, uel paruus. Et in hac materia quando mitius ſit agendum, ubi ſit multitudo delinquentiũ, & in quibus caſibus multitudini non ſit parcendũ, uide Tiraq. de pęn. temp. cau. 41. ubi latiſs.

p *Quod in vniuerſitatem.*) Farin. 4. uolu. ſuæ prax. q. 96. in princ. & num. 8. *Roſ.*

q *Card. Alex.*) Ipſe tamen inquit ſe illam practicaſſe in homicidio conſanguinei, & ueniam impetraſſe. *Giach.*

r *Diſtinguunt.*] In iſta quæſtioae fortè uoluit auctor allegare Fel. in c. dilectus, de ſymo. ubi ſeptem modis limitat, quẽ refert, ac ſequitur Ludou. Carrer. in pract. crim. §. homicidium 6. ſub numer. 346. qui numer. ſeq. tractat, ſi uniuerſi-

tas,

cipes, & [s] *caporales factionum, & ſeditionum ciuitatis puniuntur aſperrime, reliquis autem auxiliantibus, & fauentibus mitigatur pæna.*

31 *Vidi ego quandoque in facto dubitari: Pone, duo inuicem rixantur, & neſcitur quis fuerat aggreſſor: & ſtat ſtatutum, vel edictum, quod primo euaginans, vel ponens manus ad arma, vel huiuſmodi, puniatur in centum: Modo duo euaginatis armis inter ſe rixam fecerunt: neque conſtat quis prius euaginauerit: nunquid vterque erit abſoluẽdus* [u] *propter incertitudinem, vel vterque condemnandus? Reſpo. Gloſſ. in l. 1. §. cum arietes, in verſ. ſibi. ff. ſi quadrup. paup. feciſſe dic. videtur velle, quòd propter incertitudinem vterq; abſolui debeat: & opin. illius gloß. pluries ſecutus eſt, ſenatus, & in ſpecie in quadam rixa ſecuta inter Puteos, & Perſichellos: iuſſit enim propter incertitudinẽ omnes abſolui à pęna prioris euaginationis, vltimo Februarij 1550. P.N. Sed certe doctores tenent contra illam gl. vt dicit Bald. in eo §. cũ arietes, verſic. quæritur gloſſ. quẽ refert Aug. ad Ang. de maleſ. in verbo, Et dictus Titius, poſt numer. 37. Intereſt enim reipub. ne delicta impunita remaneant: & ita quandoque vidi ſeruari, prout etiam dicit Angel. ibi quòd ſemel habuit de facto, & ſequutus eſt hanc op. Quam tamen intellige, vt procedat, quando agitur de imponenda pæna pecuniaria: ſed ſi ageretur de imponenda pæna corporali, credo, quòd potius eſſet vterque abſoluendus, quam puniendus iuxta ea quæ dixi ſupra hoc eod. lib. §. homicidium, verſic. Alia eſt etiam.*

32 *Præterea* [x] *poteſt reus allegare, quòd delictum eſt antiquum, ſcilicet commiſſum iam* [y] *ſupra 10. annos: nam eo caſu non debet puniri pęna mortis, ſed mitiori, vt eſt tex. in l. ſi diutino. ff. de pænis, ex qua lege hoc communiter deducitur per Doctores, vt ait Didac. lib. 2. reſolutionum, c. 9. poſt num. 2. verſic. primum poſſe, & Ant. Gomeſ. cap. 1. delictor. num. 8. & ſuper l. 76. Tauri. num. 6. licet reuera forte ille tex. id non probet,* [z] *illam tamen legem ad hoc allegauit Affl. in congregatione ſapientium coram rege Alphonſo II. vt per eum deciſ. 277. Illuſtriſſimus. Et idem Affl. refert ſuper 1. parte cõſtitutionum, rubr. 50. num. 4. quòd illa lex fecit ſibi eo die magnum honorem, quem etiã refert Apoſt. ad eundem Affl. ſuper 1. parte conſtitut. rubr. 13. ſub numer. 36.* [a] *Apud nos autem illa lex quandoq; ſeruatur in delictis leuibus; & memini, quod quidum Ioã. Angelus Rongonus pro furto examinis apum commißo ſupra decennium, habita remiſſione fuit abſolutus, 23. Aug. 1559. P.N. Sed in atrocibus nunquam vidi per viam iuſtitiæ illam in practica obſeruari, bene vidi illam prodeſſe ad obtinendam gratiam, ſeu commutationem pęnæ, etiam illis, qui fuerant in contuma-*

tas, aut ciuitas delinquat occidẽdo, aut aliter, an & quando, & qua pęna puniatur. Et quando dicatur vniuerſitas delinquere, numer. 348. & 349. & quando ſit communicato conſilio, quod tunc vniuerſitas prodeſt habere recurſum cõtra illos de conſilio, numer. 351. & 353. *Giach.*

ſ *Caporales factionũ, & ſeditionum.*) Adde, quòd ſic et Romanis vſus fuit ſeditionum auctores mulctare, & morte decimare: Vnde App. Alex. Rumanæ Hiſtoriæ lib. 2. Cæſar, ait, poſt modicũ vix tandem ab ira liberatus, hoc ſolum conceſſiſſe viſus eſt, vt centũ duntaxat, & viginti ſeditionis Principes ab omnibus eligeret, duodecimq; ex his à ceterit ſelectos ſupplicio afficeret: Hæc, & alia exempla ad ſaturitatem vide apud Tiraquel. tract. de pęn. legum temper. cauſa 47. & vide ſupra in §. Raptus verſicul. Quæro nunquid; Item adde, quod propter tale crimen ſeditioſi, quis efficitur reus lęſę Maieſtatis: Dec. in l. non eſt ſingulis, num. 3. ff. de reg. iuris; Si tamen ſeditioſi nõ puniuntur hoc nõ euenit ex arbitr. hominis, ſed ex neceſſitate legis, Cap. dec. 27. n. 14. adeo quod ſi iudex in conſulto ſuperiore pęnã minueret, fortè non teneretur, vide, quæ dixi ad quæſtionem 46. verſ. ſed quid agendũ. *Drog.*

t *Vidi ego quanoq;.*) Farin. q. 125. part. 7. §. 3. numer. 484. numer. 502. *Roſ.*

Vidi ego quandoque.) Adde Boer. in deciſ. 237.
104 vbi † habetur, quis pręſumatur aggreſſor, mortuus, vel ſuperſtes, & in fi. dicit, quòd quando cõtra ſuperſtitẽ ad ſunt indicia, & coniecturę, deueniendum eſt ad torturam ſuper aggreſſione.

105 Item adde, † quod duobus ſe inuicem verbis iniurioſis afficientibus, licet vterque puniatur, & compenſatione non tollatur delictnm, tamen quando non apparet quis inceperit, vel quãdo ſimul ambo inceperint vterque eſt abſoluendus; ſecus ſi armis contendiſſent. Fel. in cap. delicti col. fin. de except. quem refert, & ſequitur Boſſ. in tit. de iniur. num. 8. *Baiard.*

u *Propter incertitudinem.*] Vulpell. quæſt. 44. numer. 11. & ſeq. & quæſt. 45. numer. 3. vbi plura de aggreſſore, & conſil. 50. & quæſt. 95. num. 86. & 97. num. 7. & 98. num. 4. & latè reſp. 118. & ſi vterque ſit in culpa reſpon. 119. num. 2. & 125. numer. 14. *Roſ.*

x *Præterea poteſt reus.*] Adde, quòd † delictum poteſt
106 dici antiquum etiam ſpatio octo annorum, vt per Gramm. in conſil. 39. ubi dicit, hanc regulam procedere etiam in homicidio; ſed ibi loquitur de homicidio facto in rixa: & quod procedat etiam in homicidio, idem tenuit Roch. de Curt. in repetit. cap. fi. in 1. notab. de conſuet.

107 Item adde, quod iſta regula non procedit in condemnato, in quo pæna non eſt temperanda, ſed ſentantia exequi debet, non obſtante quacunque dræſcriptione, ſiue diuturnitate temporis, Bald. in l. data opera numer. 57. verſi. ſed pone C. qui accuſat. non poſſ. Foller. in pract. crim. in verb. capitis foriudicatis, numer. 7. Chartar. de execut. ſent. contum. cap. fi. num. 313. & ſeq.

108 Item adde, † quòd iſta regula non procedit in crimine aſſaſſinij, læſæ maieſtatis, hæreſis, parricidij, ſuppoſiti partus, apoſtatatus, falſæ monetæ, ſimoniæ, concuſſionis, & abortus, in quibus nulla currit præſcriptio: ſed perpetuo horum criminum, dum viunt, accuſari, inquiri, & puniri poſſunt. Gigas in tract de crim. læſæ maieſtatis lib. 1. quali er in crimine læſæ maieſtatis procedatur Bald. de præſcript. in 3. p. 6. par. princip. Marſil in l. qui falsã §. 1. ff. ad l. Corn. de falſ. vbi iſtam limitat. extendit ad alia delicta excepta, & enormia: ad prædicta vide etiam Far. uar. q. in q. 10. n. 29. & 99.

109 Item adde, † quòd iſta regula, vt diuturnitas tẽporis pęnam minuat, procedit, dummodo delinquens à tempore delicti perpterati in poſterum fuerit bonæ, & laudate vitæ, nec aliud delictum commiſerit, alias non minuitur pœna, ita multum prudenter tradit Far. uar. quæſt. in quęſt. 10. nu. 91. & hanc partẽ tractat Tiraq. de pœn. cauſ. 29. n. 4. 5. & vbi multa ad rẽ pro ſequenti additione. *Baia.*

y *Supra decem annos.*) Regulariter delicta præſcribuntur 20. annis, vt p Boerium deciſion. 76. numer. 6. vbi communem dicit. Adulterium autem accuſatur tantum vſque ad quinquennium. l. quinquenniũ, ff. de adulter Vide Gerard. de petram ſanct. ſingul. 72. Tiraq. in tractat. de præſcript. & in tract. de pænis. *Guiot.*

z *Illam tamen legem.*) Quid in bono euentu Fariu. 4. vol. ſuæ prax. q. 98. cauſa 19. num. 173. *Roſ.*

a *Apud nos autem.*) Adde, quod † Farin. var. q. in q. 10.
110 num. 84. dicit ſe credere, quod iudex non ſolum poſſit, ſed debeat ex diuturnitate temporis pęnam minuere, quam in grauibus delictis; & propterea, quod poſſit iſto caſu homicidium ad pecuniariam compoſitionem admittere. Ego
111 † autem de hoc valde dubito, quia vt dicit Dominus Clarus, nunquam in practica hanc regulam in grauibus delictis

vidi

vidi ſeruari, & conſulo iudices, vt inconſulto principe hoc non faciant, tum quia hodie Principes de delictis etiā leuibus volunt certiorari; tum quia, vt ſup. dicebā, enormia delicta non præſcribuntur, vt late per Marſil. in d. l. quòd falſam §. 1. ff. de falſ. Non obſtat Afflict. in allegat. deciſio. 287. quia ibi per ritum magna curia habebat auctoritatem componendi, & commutandi pœnam vltimi ſupplicij, vt in d. deciſ. legitur, nec Gram. in deciſ. 39. nam ibi agebatur de homicidio in rixa commiſſo, & per prouocatos, minuſque officiunt alij Doctores allegati, quia loquuntur indiſtinctè, & non dicunt de delictis grauibus, & licet dicant de homicidio, non debent intelligi de doloſo, & appenſato, & ita ego ſemper eligerem opinionem D. Clari tanquam tutiorem. *Baiard.*

b *Poteſt etiam allegari.*] Adde, quòd de iure nulla eſt differentia, vel procedatur per accuſationem, vel per inquiſitionem; non ſic de iure canonico, vbi mitius punitur, quando proceditur per inquiſitionem, Tiraquel. de pœn. cauſ. 53. vbi declarat non procedere in inquiſitione generali, ſed tantummodo in inquiſitione ſpeciali. *Baiard.*

c *Non deſunt etiam.*] Farinac. vol. 4. ſuæ prax. q. 1. cap. 5. numer. 172. & *Roſſ.*

Non deſunt etiā Ad-
112 *uocati.*] Adde † videndum Decian. in conſilio 24. numero decimoprimo, volumn. 3. Confeſſus crimen non conuictus, uidetur mitius puniendus, quàm, ſi cum conuicto ageretur, Tiraquell. de pœnis. cauſ. 30. numero 1. & 2. & dicitur ſpontè confeſſus, qui confeſſus eſt citrà metum probationis vel tormentorum ibi numero 9. & 10. vbi ponitur declaratio vna cum quinq; limitationibus. *Baiard.*

d *Sponte confeſſus eſt.*] Quid de confeſſione minoris facta in iudicio ratione delicti commiſſi, uide Duen. in ſæpius al-

ciam condemnati, prout etiā erat in caſu, de quo mentionē facit Affl. in loco præallegato licet Ant. Gomeſ. vbi ſup. dicat illam legem non prodeſſe, quando reus fuit contumax, & ſic propter abſentiā non potuit puniri: quod etiā videtur fuiſſe de mente Bart. in d. l. ſi diutino, quando de recenti poſt delictum fuit reus accuſatus.

33 *Poteſt* [b] *etiam allegari, quòd proceſſum fuit per inquiſitionem, quo caſu non debet reis imponi pœna ordinaria, vt habetur per docto. in c. qualiter, & quando il 2. de accuſ. Scias tamen, quòd ſi reus confiteatur delictum in iudicio inquiſitionis, poterit puniri pœna ordinaria, qua puniri deberet per viam accuſationis. Et ita tenet communiter Doctores, vt dicit Card. Alex. in c. de accuſatione, col. 39 verſ. Comparente, col. 55. verſic. Verum quantum, 2. q. 8. Hanc etiam opin. dicit eſſe communē Berous in d. cap. qualiter, & quando, num. 52. & ſeq. Item ſcias, quòd hæc concluſio locū non habet, vbi crimen eſt notorium: nam eo caſu licet procedatur per inquiſitionem, poteſt nihilominus reus puniri pœna ordinaria. Ita dixit Innoc. c. qualiter, & quando de accuſ. quem ſequuntur communiter Doct. vt dicit. Card. Alex. in loco præalleg. Vltimo ſcias, quòd hæc concluſio locum habet de iure canonico, ſed de iure ciuili nō minus imponitur pœna ordinaria, quando proceditur per inquiſitionem, quàm ſi procederetur per accuſationem, vt omnes fatentur. Et ideo damnatus per inquiſitionem de crimine publici indicij, ita efficitur infamis, ſicut ille, qui damnatur per accuſationem, ſecundum opin. quam ego tenui infra, quæſt. 72. verſic. damnatus, Scias etiam, quod hoc de conſuetudine non ſeruatur: nam ita punitur reus, quando iudex procedit ex officio, prout punitur, quando procedit ad inſtantiā partis, vt quotidie videmus in practica.*

34 *Non* [c] *deſunt etiam aduocari, qui allegent reū, qui ſpōte* [d] *confeſſus eſt ſe delictum commiſiſſe mitius puniendum eſſe, quàm eum, qui probationibus eſt conuictus, argum. l. vnic. C. de ijs qui ſe defer. Et hanc ſententiam dicit eſſe communiter approbatam Smanchas de hæret. cap. 55. numero 6. quam etiam communem appellat Berous in capit. at ſi clerici, in principio, numero 88. de indicijs. Sed certe iudices de hoc non curant, prout etiam ſe nunquam ſeruari vidiſſe, vt quis propter hoc mitius puniatur, atteſtatur Alber. in l. 1. §. quæſtioni, num. 3. ff. de quæſt. An autem dicatur ſponte confeſſus, qui primo negauit ſe delictum commiſiſſe: vide, quæ dixi infra quæſt. 82. ſtatuto 9. verſicul. ſtante ſtatuto.*

35 *Legitur* [e] *etiam, quòd iudex ratione amicitiæ, quam habet cum reo, poteſt ei pœnam remittere: & id colligitur ex text. in capitulo niſi ſpecialis, de offic. legat. vbi gloſſ. id expreſſe affirmat, cuius opin. in practica ſeruari dolendo atteſtatur Nunius de los corrigidores, fol. 224. colum. quarta, in fin. Tu dic, quòd in ſupremo principe nō eſt incoueniens vt quandoque, vbi non agatur de præiudicio tertij, amico ſuo pœnam indulgeat: Sed in iudice inferiore eſſet deteſtandum, & graui pœna vindicandum, niſi tamen pœna eſſet arbitraria: quia eo caſu* [f] *vtique poſſet iudex ſecundū coſcientiæ motum mitius agere cum amico. Vide, quæ dixi infra quæſtione octuageſimaquinta, verſic. vlterius quæro.*

36 *Sed* [g] *pone, quòd illi, qui inter ſe rixati ſunt, vel vulnera intullerunt, ſint ſanguine coniuncti, nunquid propterea ſunt mitius puniendi? Reſp. quod non, quia de iure delicta etiam inter coniunctos commiſſa, æqualiter puniuntur, ac ſi inter extroneos commiſſa fuiſſent. Et ita communiter ſeruatur, vt dicit Alber. in prima parte ſtatutorum, quæſtione octuageſimaſecunda, Quinimò ſi delictū ſit atrox, debet ſeuerius puniri, vt videmus in parricidio, inceſtu, &c.*

legata regul. 259. in quinta octaua ampliatione. *Giach.*

e *Legitur etiam.*] Adde, an ratione amicitiæ poſſit Iudex minuere pœnam, Tiraquel. de pœnis temper. cauſ. 16. cum diſtinctione, an pœna ſit arbitraria, an non, vtrum concernat præiudicium aduerſarij, an non, vtrum deinde fiat à Principe, an ab inferiore, ibi numero quarto, & de qua amicitia intelligendum ſit numero quinto. Et an poſſit minuere pœnam ex cauſa illius, qui pro delinquēte intercedit cauſ. 17. *Baiard.*

f *Vtique poſſet Iudex*] Commutare pœnam ponam poteſt Iudex ex eius officio, inconſulto ſenatu, ut eſt infra quæſt. 85. uerſic. fin. ibi. & ideo ſi ex forma ſtatuti, quod tamen in facto non auderē ego, niſi talis prætor eſſet etiam ſenator, cui tunc omnia in bonum commutātur; ſi tamen agitur ſic commutando de præiudicio tertij, ſemper etiam requiritur pax, ſupra quæſtione quinquagintanona verſiculo Adde; in princ. *Bviard.*

g *Sed pone quod illi.*)
113 Adde, quòd † hoc procedit, quando conſtat dolo, & ex propoſito offendiſſe, aliàs in dubio non præſumitur dolus, ſed caſus in coniunctis perſonis, vt not. gloſſ. & Marſil. in l. 1. C. de ſicar. Roman. in leg. 1. ff. de in ius uoc. Bald. in leg. fin. 20. oppoſ. Cod. de hæred. inſtitut. Cæpoll. in conſil. 23. Aretin. conſil. 80. ſub nume. 5. Carrer. in pract. crimin. in §. homicidij el 1. in fin. Bart. in l. ut uim ff. de iuſtit. & iur. in fin. Salyc. in l. 1. ad l. Corn. de ſicar. dicit, quòd non
114 ſufficit affinitas † ſed debet etiam conſiderari qualitas offendentis, puta, an ſit rixoſus, uel inſidioſus, an prauæ, an uerò frugi, uel uitæ religioſæ, uel ualetudinarius, & dicit etiam, quòd ſi pro utraque, parte ſint coniecturæ, quòd adſit dolus, & non adſit, quòd Iudex debet dedicere ad fauorem affinitatis. *Baiardum.*

Ceterum

h *Ceterum ſi delictum ſit leue.*] Adde, quod hāc diſtinctionem facit ſecundum Dyn. Gand. de malefic. in rubr. de aliquibus

Cæterum [h] *ſi delictum ſit leue, vidi plerunque pœnas minui propter conſanguinitatem, prout etiam de iure videmus furta domeſtica mitius puniri, vt dixi ſupra hoc eodem libro, §. Furtum. verſic. Poſſet etiam.*

quæſt. num. 1. quod ſci-
115 cet † delicta atrocia inter conſanguineos, vel affines ſeuerius puniantur, & leuia mitius. *Baiard.*

QVÆST. LXI.

De publicatione proceſſus facienda: Et an in cauſis criminalibus concludatur ita, vt omnino præcluſa ſit poteſtas probandi.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De publicatione proceſſus defenſiui.*
2 *Et au facta huiuſmodi publicatione proceſſus poſſint ad hoc recipi teſtes.*
3 *Et an iudex ex officio id facere poſſit.*
4 *Et quid ſi aliqua partium ſit abſens.*
5 *Et an poſſit iudex poſt publicatas atteſtationes iterū examinari teſtem, vt declaret dictum ſuum obſcurum.*
6 *Et an in cauſis criminalibus concludatur in cauſa.*

Ex Additionibus.

1 *Teſtes in criminalibus poſt publicationem, quando admittantur.*
2 *Et quid ſi fiat abſque præiudicio alterius proceſſus.*
3 *Et an ad probandam confeſſionem aduerſarij.*
4 *Et an ad detegendam falſitatem.*
5 *Et quid ſi agatur de crimine ciuiliter*
6 *Teſtes ad inſtantiam fiſci ſuper recipiuntur.*
*6 *Contra reum fugientem quando procedatur in contrarium.*
7 *Et an talis pro confeſſo habeatur.*
*7 *Concluſum in cauſa quando dicatur.*

ADDITIONES, Ad Quæſt. LXI.

a A*Deò quod reus.*] Farin. q. 75. c. 1 nu. 8. vbi plenè de publicatione teſtium. *Roſ.*

b *Solet publicari etiam proceſſus.*] Adde de publicatione proceſſus, ſupra q. 48. in princ. *Drog.*

c *Sed quæro.*] Farin. q. 75. vol. 2. in princip. vide eum etiam c. 2. vbi articulorum materiam tangit, & quomodo noui, vel antiqui dicantur, & cap 3. ꝙ neque ante publicationē ſi quis teſtificata didicit, & cap. 4. quod poſt publicationem, generaliter nō poſſunt examinari, & in criminalibus ibi, numero 188. & eodem 4. c. num. 14. Quid ſi tamen nō ſint didicita teſtificata, cap. 9. num. 324. *Roſ.*

Sed quæro nunquid.]
1 Adde, † an & quando teſtes in cauſis criminalibus publicatis atteſtationibus ſuper eiſdem, vel directo contrarijs admittantur ad priorem probationem coadiuuandam, latè per Vulpellum in conſil o 136. & per Riminal. iun. Simon. de Prætis, & multos alios ibi ſubſcriptos, Gabr. cōmun. concl lib. 1. tit. de teſtibus, concluſ. 21. numero 103. cum ſequent. & Natt. in conſil. 359. vol. 2.
2 & conſil. 565. volu. 2. † & clauſula, quæ ſolet appo-

QVÆST. LXI.

1 P*Erſpectis defenſionib. reorū, ſit public. proceſſus defenſiui. Scias tamen, quod licet publicatio proceſſus offenſiui ſit de ſubſtantia, adeò,* [a] *quod reus, cui non eſt decreta copia proceſſus, neque datus terminus defenſioni, non poſſit condemnari, vt dixi ſupra quæſtione quadrageſima nona, nihilominus publicatio proceſſus defenſiui non eſt de ſubſtantia, quia acta ſunt ſemper nota iudici, & fiſco. Si tamen adſit accuſator,* [b] *ſolet publicari etiam proceſſus defenſiuus ad hoc, vt ipſe videat, an velit aliquid in contrarium deducere, aut probare.*

2 *Sed* [c] *quæro, nunquid facta huiuſmodi publicatione proceſſus, poſſint adhuc recipi teſtes. Reſpondeo, quod de iure loquendo regulariter concluſio eſt, quod in cauſis criminalibus, non obſtante publicatione proceſſus, vel concluſione in cauſa, poſſunt teſtes de nouo recipi. Et hanc dicit eſſe communem* [d] *concluſionem Marſil. in practica crimin. §. ſequens, numero ſexto, intellige ad defenſam: illi enim poſſunt recipi etiam poſt concluſionem in cauſa, ſed ad*

offenſam non poſſunt recipi poſt publicatas atteſtationes, neque etiam ex ipſius iudicis officio. Et ita communiter tenetur, vt dicit Practica Carrer. folio 627. poſt numerum 128. Dicunt etiam aliqui, quòd quando proceditur parte inſtante, non poſſunt in criminalibus recipi teſtes, neque etiam ad defenſam poſt publicationem proceſſus. Et hanc dicit eſſe communem opinionem Aretin. in capit. cum clamor, columna ſecunda, verſic. nunc autem maturius, de teſtibus, prout illum refert Boſſ. in titul. de publ. procur. numero tertio. Et hoc non modo ſuper eiſdem capitulis, ſed neque etiam ſuper directo contrarijs, & hanc eſſe communem Doctorum ſententiam atteſtatur Boſſ. in loco præallegato, numero 5.

[e] *Bene (ſecundum aliquos) poteſt iudex ipſe ex officio teſtes ad offenſam rei recipere, etiam poſt publicatas atteſtationes. Et hanc dicit eſſet commnnē opinionem Aret. in capit. fraternitatis, numero trigeſimoſexto, de teſtibus, quem refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in littera T. verb. teſtis in eodem verſic. fallit primo.*

ni in calce decreti, quādo conceduntur copiæ, videlicet abſq. præiudicio alterius proceſſus, & examinis, eſt ſuperflua ſecundū D. Clarth. in ſua prect. interrog. reorū in fin. n. 23. cum ſeq. ſed egō arbitror ꝙ nocere non poſſit, quin imo prodeſſe, ſi publicatio proceſſus facta fuerit cum dicta clauſula, ſiue proteſtatione, parte non contradicente.
3 Item adde, † quòd parte inſtante poſt publicationē proceſſus nō poſſunt examinari teſtes, nec ad probandā confeſſionē aduerſarij, Bertaz. conſ. 529. volu. 1. & ibi addentes.
4 Item adde, † ꝙ inueniendæ falſitatis cauſa noui teſtes poſſunt ſuper articulis directo contrārijs, vel eiſdem produci, etiam publicatis atteſtationibus, ſecūdum Boer. in cōſ. 100. num. 7. vol. 1.
5 Item adde, † quòd ſi agatur de crimine ciuiliter ad pœnam pecuniariam, non poſſunt examinari teſtes ad defenſam publicatis teſtibus, ſecundū Ferret in conſ. 300. volum. 2. *Baiard.*

d *Communem concluſionem.*) Adde communē etiam, vt in collecta mea commun opin. c. iudex, num. 17. *Giach.*

e *Bene ſecundū aliquos.* Vulpel. reſp. 107. & 108. & reſp. 130. *Roſſ.*